



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De ordine dicendorum de oratione. Et de diuersis acceptonibus huius
nominis Oratio. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](#)

qui ei apparet, nisi sub conditione, scilicet si ipse est Christus, Matth. 24. Si quis dixerit vobis, Ecce hic est Christus vel illic, nolite credere. Itē exhibere potest debitam reverentia omnibus beatis angelis Dei vbi cunq; sint: illi verò qui apparet non simpliciter, sed sub conditione, scilicet si est de beatis angelis Dei.

De oratione. PARS VII. que habet decem capitula.

*De ordine dicendorum de oratione. Et de diuersis acceptiōibus
huius nominis Oratio.*

CAP. I.

Post latriā & duliā tractabitur de oratione. Ab eo enim cultū latriæ, vel duliz impendimus oratione beneficiū impetramus. Et honor latriæ vel duliz efficacē reddit orationem secundū illud Eccl. 35. Qui adorat Deum in oblatione, sacerdotetur: & deprecatio illius vsq; ad nubes appropinquabit. Præterea oratione quodammodo Dei maiestatem profitemur: pro defectibus nostris supplendis, ad eū quasi ad fontem bonitatis orando recurrimus. Itē cū ab eo postulamus ea quæ soli potentiae diuinæ possibilia sunt, & soli liberalitati diuinæ congrūt, ut est collatio regni cœlestis. ¶ De oratione verò hominio tractabitur. & primo ponētur diuersæ acceptiones huius minis oratio. Secūdo, eius descriptiones. Tertiō, cōmēdationes. Quarto, agetur de præparatione orationis. Quinto, de impedimentis eius. Sexto, ostēdetur quādō sit orandū. Septimo, vbi orandum. Octauo, quomodo orandū. Nono, quid orandū. Decimo, agetur de speciebus orationis. ¶ Circa primū orandum, q; oratio quandoque dicitur esse opus bonum. Vnde super illud 1. Thess. vlt. Sine intermissione orare, dicit Glo. Semper orat, qui semper bene agit. Quandoq; verò dicitur iustitia seu bonitas hominis, quæ apparet Deo in filiis eius quasi quædam imago Dei, habet quasi vim orationis apud Deum: sicut & apparitio filij Dei coram parte suo, est quasi oratio pro nobis. Hebr. 9. Iesus intravit in cælum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Sic sumitur, Orate, in Gloss. super illud 1. Thess. vlt. Sine intermissione orate, &c. Iustus nunquam desinit orare, nisi desinat iustus esse. Bernardus ad fratres de monte Dei, specialiter dicit de charitate Dei, à qua maxime est bonitas in anima, q; ipsa est oratio nunquam deficiens. Charitas, inquit, quæ nunquam deficit, ipsa est sine intermissione oratio. Et subdit: Est enim quædam ingens bonitas mētis, & bene compositi animi, & ad partem Deum in filiis Dei bonitatis quædam similitudo. Quandoq; oratio dicitur peritio boni, siue dirigatur ad Deū, siue ad angelos, siue ad sanctos: sic litania oratio est, vel orationes. Quādoq; verò strictius

sumitur,
& sic ma-
verò am-
plicendi
deprecat-
pro rem-
I
Crea-
Cne L
fium ver-
propriè a-
ta motiu-
ua inelle-
tione hum-
cientissim-
natur in
enim det-
liberalita-
non tem-
erēdērit
nēlectus
te cuius sp-
ut sic à 1
Non deci-
ct omni-
testa. Sem-
turpissim-
conticesc-
ue cum l-
tanquā h-
stibilia ist-
bolis. Ma-
fensuim
1. Cor. 13;
Iz̄ orati-
līectus.
Sine inte-
tio est: &
qua puer-
debitus,
de otāno

sumitur, ut dicatur oratio petitio boni, quæ ad Deum dirigitur: & sic maximè à magistris sumitur, ut inferius patebit. Quādoq; vero amplius restringitur, scilicet ad petitionē quæ est pro adipiscendis bonis. Vnde Glo. super illud Psal. Exaudiuit dominus deprecationem meam, dominus orationem, &c. Deprecatio est pro remouendis malis, oratio pro adipiscendis bonis.

De descriptionibus Orationis.

C A P . I I .

Circa secundū notandū, quod oratio sic describitur à Ioanne Damasco. Oratio est ascensus intellectus ad Deum. Intellectum verò hic accipias prout comprehendit duas vires, quæ sunt propriæ animæ rationalis, quarum una est apprehensiva, altera motiva. Apprehensiva dicitur intellectus speculatius: motiva intellectus practicus. Ad Deum ascendit, cum hac consideratione humanorum defectuum, ad considerationem boni sufficienissimi, & potentissimi supplere defectus illos transit. Et inititur in hoc modo quo debet procedere qui vult orare. Primo enim debet defectus suos considerare, deinde ascendere ad eius liberalitatem, qui hoc potest supplerre. Vnde 3. Reg. 8. Dixit Salomon templo ædificato: Si quis cognoverit plagā cordis sui, & excederit manus suas in domo hacten exaudies in cælo, &c. Intellectus practicus ad Deum ascedit desiderio & spe, à liberalitate eius sperando impleri desiderium suum. Item oratio describitur sic à Ioanne Damasco. Oratio est petitio decentium à Deo. Non decet Dei filios omnia indifferenter petere. Nec Deum decet omnia indifferenter dare. Non sunt petenda à Deo, nisi honesta. Seneca in epistolis: Quāta, inquit, dementia est hominum? turpissima vota Deo insulstant: ita ut si quis aurē admouerit, conticescant, & quod scire hominē nolunt, Deo narrant. Sic vive cum hominibus, tanquam Deus videat: sic loquere cum Deo, tanquam homines videat. Nō decet filios Dei petere vilia: ut sensibilia ista quæ sunt transitoria, & corruptibilia. Seneca in epistolis: Maior sum, & ad maiora natus, quam ut mancipium sim sensuum meorum. Item non decet viros virtutis petere puerilia. Cor. 13. Quando factus sum vir, euacuavi quæ erant parvuli. Iste oratio sic describitur: Oratio est pius mētis affectus in Deum dilectus. Iste affectus desiderium est. Vnde super illud 1. Thes. vlt. Sine intermissione orate, dicit Gl. Ipsum desiderium bonū oratio est: & si continuū est desiderium, continua est oratio. Pietas, à qua pius est affectus quæ est oratio, est theosebia, siue cultus Deo debitus, qui comprehendit fidem, spem, & charitatem. Vnde Aug. de otando Deo, ad Probam: Ipsa fide, spe, & charitate continua-